Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.
Wien, 1800 Seite 1439
Quelle:
Copyright:

communione ſacramenti altaris a plebeis criſtianis. Adducuntur in hanc rem praemiſſa expoſitione controverſiae, quae incipit: *Itaque iſta erit aptiſſima regula ad propoſitum perutile* &c. *Johannes Horlean, Franciſcus Can. S. Crucis in Vratiſlauia, M. Wendelar Decanus* ibid. *Matheus de Cracouia, Adalbertus Ranconis, F. Dauid de ordine minorum*, (Matthaeus, ſeu Gallus?) *Abbas de Aula Regia, Militius, Simon de Caſſia, Quoddam Collegium Magiſtrorum, Bonaventura, Amandus* (ſive Henr. Suſo) *Gloſa ordinaria, Thomas de Aquino, Bernhardus, Innocentius III. Caſſianus, Anſelmus Cantuar. Caeſarius Arelat. Joh. Chryſoſtomus, Auguſtinus, Ambroſius, Jeronimus, Anacletus*, demum *Paulus, Acta Apoſt.* et *Evangelium.* Erant igitur jam tum, quibus hae Autoritates obponebantur, qui, ut ait ſub principium Collector noſter, nitebantur *ſummis conatibus inducere et perſuadere, quod nequaquam ſit bonum, laycos ſepe corpore chriſti et ſanguine ſaciari.* Has Autoritates invenies etiam *Vol.* I. P. 2. *col.* 1710.

XXI. *fol.* 215. *Ammonicio de laude caritatis et quomodo cunctis virtutibus preferatur.* Incipit: *Tue non immemor pie peticionis cariſſima mater* &c. et jam relata eſt Epiſcopi *Adelberi* nomine *Vol.* I. P. 1. *col.* 797. Verum in praeſenti Exemplo praefixam habet Adlocutionem ad *Fratres* quosdam, quae infit: *Nouit dilectiſſima caritas ueſtra, beatum petrum — locutum fuiſſe: Sobrij eſtote* &c. quamque certe aliunde dereptam putaſſem, niſi ſub ejus finem legerem: *Quicunque fecerit voluntatem patris mei — ipſe meus frater et ſoror et mater eſt. Hanc prefationem ſequentis opuſculi cauta conſideratione debemus meditari* &c. Atqui Opuſculum, ut vidimus, ad *Matrem* dirigitur. Defuit haec Praefatio in *Codicibus* viſis a *Bern. Pezio*, quem *l. cit.* primum Evulgatorem dixi.

XXII. *fol.* 225. Pentas Sermonum, quorum 1) *De Malicia prauarum Mulierum* hoc initio: *Heu me quid dicam, vnde ſermonis exordium faciam* &c. 2) *De deſcenſu chriſti ad inferos* hoc initio: *Exulta celum et in letitia eſto terra, quoniam iſte dies nobis amplius ex ſepulcro radiauit* &c. 3) *De natiuitate domini* hoc initio: *Accipe puerum iſtum et nutri eum, et dabo tibi merceden tuam. Exod. 2. Hyſtoria huius uerbi* &c. 4) *De natiuitate Beate Virginis* hoc initio: *Audite diſciplinam et eſtote ſapientes. Prov. 8. c. Glorioſiſſimam dei genitricis virginis marie natiuitatem* &c. 5) *De Sobrietate et ebrietate* hoc initio: *Cum ebrietatis malum fratres kariſſimi ſit graue nimium* &c. Latet Autor, nec id magno Reip. literariae diſpendio.

XXIII. *fol.* 234. Aliud Exemplum Quaeſtionis *primae* N°. XVI. indicatae.

XXIV. *fol.* 236. ex Elencho: *Cujuslibet pſalmi continentia, ſeu de quo principaliter tractet.* Diviſio eſt in VII. *Nocturnos*, modus pro-